

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Prosperitas m  
cum fonte primo

Cum quis positus in prosperitate  
diligitur, incertum est utrum  
prosperitas an persona diligatur.  
Amissio autem felicitatis interrogat uim  
dilectionis.

Nec prosperitas quippe amicum indicat,  
nec aduersitas inimicum celat.

Gregorius VII. moralium.

Cum enim quis positus in prosperitate  
diligitur, incertum valde est utrum  
prosperitas an persona diligatur.  
Amissio autem felicitatis interrogat uim  
dilectionis.

Vnde bene quidam sapiens dicit: *Non  
agnoscitur in bonis amicus et non  
absconditur in malis inimicus.*  
Nec prosperitas quippe amicum indicat,  
nec aduersitas inimicum celat,  
quia et ille saepe prosperitatis nostrae  
reuerentia tegitur et iste ex confidentia  
aduerstatis aperitur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 7, 24  
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.353,  
ll.27-34).